



Os Consiliarii Dignitarii &

Deputati à Republ. ad Confœderationem Generalem Sandomiriensem, designati, qui ad præsentem locum ex zelo boni publici pro tutela & defensione,

patrie convenimus, notum testatumque

facimus præsentibus & futuris seculis, quod insistendo glorio-
sis Majorum nostrorum exemplis, quibus manutenebat Ma-
jestatem Regiam, conservare simul iuram fidem consequen-
ter tueri libertatem, cura semper fuit vita & fortunis carior,
prout anteriores confœderationes Andrzejoviensis, Vislicen-
sis, Tyszoviensis ac alia veluti prototypon virtutum Majorum
nostrorum id evidenter demonstrant, quod inquam & nos nullâ
tempestate neque procellis bellorum in ratione agendi generose
immoti & constanti & violabili nunquam erga Majestatem
& libertatem certando zelo manifestum orbi volumus, quod
non omnia apud veteres meliora, & quod idem est in nobis
quod in Majoribus gloria & fidelitatis exemplum & quamvis
non nullos, nominatim Radziovuski Archi-Episcopum Gnes-
nensem & Petrum Pronisz, parturire & enutrire monstra-
ingratitudinis, & fracte fidei conterminum docuit mare, &
fluctuans procellosa calamitatis tempestas non evitata scilla
charybdi imberere coegerit, licet tamen orbi demonstrare toti,
quod & in nobis non sterile virtutis seculum, quando Deo fi-
dem, Principi fidelitatem, Libertati suum decus non corrupta
per seculi malignitatem conservamus conscientia. Pronomi-
natorum persona & malignitas illorum quicunque partibus
adherent Sueticis, pro libidine fraudem involvant verbis, in-
etimologiis Serenissimi Nominis solamina quarant, illius Ma-
jesta contra fedifragos non utitur hasta, aspergi contenta-
solo. Victoria arma excogitatis nominibus & calumniis pro-
sternant & deturpent, si nobis melior lingua dextera sepultas
& incineratas contra jus & fas conventuum, impletarum
perjuriiis conſpiracionum scintillas, ad incendium patria exci-
tent, non alio tamen fine, quam ut suum doceant mugire ju-
vencum. Ut licet & libet Regni incuset fata, ipse fatum
suum, frustra enim incusat fata qui cudit ipse malum. Non
criminetur libertatem, qui ipsam turpissimo honoris sui lapsu,
fastui suo & ambitioni immolat, scelerique nefando virtutis
magna nomen vult fingere. Conclusa enim intra pectus tem-
pestas, cicurati ad interim precipitis impetus ire, alto silentio
pressa objectiones iniqua, similes sunt colabro, qui dum latuit,

hausit



hauit quod vmet in se virus. Allicit turbidam dolo suo
Rempublicam cupidam Pacis, incertis tractatibus, sic escā
adornat pescator hamum ut gustum persuadeat mortis, dum
tandem illaqueat am dolosā illecebrā Labyrintho includat no-
vo patriam, que dum intravit, nesciat quā exeat arte. Con-
vocat in conjortium infelicitatis publica Senatum, ut eō majo-
rem exinde sibi conciliet authoritatem usurpatā potestas; in-
dicit comitiola presumptuoso ausū, conventus publicos desi-
gnat, consilia determinat, proponit tractatum, qui suavibus
inchoatur illiciis, & ludicris concluditur eventibus, verbo,
congregat populum seditione, non ratione: nam ad gloriam
nemo sibi socium querit, ad lauream flagitiū maxima turba
placet. Exprobrat absentiam Principis in Patriā quem
nunquam presentem optat, que cupit increpat, qua curat,
improbat. Is illorum dolor arcanus est, revelatum jam
esse populo arcanum, quod in Patriā nostrā non Principem
querant, sed Publica damna. Sed jam tandem Serenissima
Majestas appropinquant patriae sue, sanguinem suum Regium
in defensionem illius litatura. Nescit sibi vivere, quin
simil vivat & patriæ, ac tandem optimum numen compro-
babit, quod quibus displicuit absentia, displicebit & presen-
tia. Decipitur etiam populus arcanorum minus concius,
quod impositum Pseudo-Electum externa & præcipue vicina
Potentia, sicut littera presentes universales afferunt, jam
ut Regem recognoverint, interim recognoscens reprobat ficta
pro veris haberi, ac ipsum Primatē per litteras redarguit.
Hinc quilibet videre & inferre potest, quibus artibus subdo-
lis maligni laborent, ut istud quam speciosissimè exhibeant,
quod in personis & actionibus eorum non turpe tantum, sed
etiam exosum & abominabile. Spectando igitur in tanta
persecutione Serenissimam Majestatem Regiam Dominum
Nostrum Clementissimum, spectando contra Honorem & Per-
sonam ejusdem, non tantum contracta ab exteris arma, sed
actu inducta in exitium Reipublica & Libertatis ejusdem, spe-
ctando discordes Reipublica status; spectando distractas oc-
cultis à principio, successu vero temporis aperiè erumpentibus
& nec dum cessanib[us] machinationibus vires: spectando ali-
quos ambitione attractos, alios turpi lucro & blanditiis cor-
ruptos, alios vero vi & imperio coactos, ut intruso & non ele-
cto adhareant, Eumq[ue] quem Deus & Libertas nobis Re-
gem constituit, perfide deserant ac arma contra illum sumant.
Nos ergo detestantes ante omnia fœditatem perjurii, nec infe-
licis luanus perjuria Troja, & conservantes sacra fide-

lita


litatem & obedientiam, recognitionem Dominii Serenissima
Regie Majestatis Domini Nostri Clementissimi & præcipue in
absentia ejusdem, Confederationi Sendomiriensi (quam in
omnibus punctis clausulis & ligamentis veluti fundamentum
& basin Legum nostrarum & Libertatum, & insuper præsidi-
um Majestatis, & vinculum honestis ac virtutis respicimus,)
tot solennitatibus & juramentis firmata, plausuq; publico to-
tius Republicæ, & inviolabili fide erga Majestatem stabilita,
& confirmata, non tantum insistimus, sed & iterato actu pu-
blici zeli & ardoris nostri erga Principem & Libertatem
nostram, de consensu omnium eandem innovamus & ratifica-
mus: nam quemadmodum semel pro semper pro legitima &
solemni Electione Sacra Regia Majestatis nos fideliter statu-
ros, fortunasq; & vitas nostras ad hunc finem lubenter immo-
laturos declaravimus, sic & in praesenti nemine reclamante
nos ad idem constringimus, omnes vero actus quicunq; ante-
cedenter qualicunq; demum modo & quocunq; titulo contra
Serenissimam Majestatem Regiam, & violentam usurpatio-
nen Throni Regii & indebitam Electionem, ad quam externa
potentia, & quorundam nefariis insolentis malitia ausus pro-
cedere præsumpsit, sicut in eadem Confederatione Sendomiri-
ensi reprobavimus, & contra ea omnia Publica Instrumentum
manifestationis conscripsimus, sic & modo reprobamus, &
contra ea omnia præcipue autem contra actum Varsaviensem
pro d. 11. Julii, a.o. 1705. illegitime seditione & captiōne coactum
protestamur, volentes omnia infecta irrita illegitima & vio-
lenta haberi, quonobis reclamantibus & repugnantibus ibidem
statuentur, censentesq; omnes istos, qui predictum conventum
inchoant, practicant, solennizant, continuant, autorizant, eos
perduelles ac hostes patria protestando coram Deo & mundo
quod semel Electum Dominum Serenissimum Regem Augu-
stum II. Dominum Nostrum Clementissimum tueri, nec un-
quam deserere, sed in obsequium ejusdem fortunas ac vitam
ipsam consecrare, nec in ullo punto (exceptis tamen Personis
illorum qui rejectis partibus adversis ad nos accesserunt &
accident) Confederationem Sendomiriensem diminuere aut
innovare intendamus, parati etiam ad extrema quaq; sub-
eunda, ne prefata confederationi etiam in minimo præjudi-
cium inferair quandoquidem illam sola virtus, amor Prin-
cipis, conservatio jurum in laudabile pro posteris gloriose
fidelitatis documentum, & tuitionem Libertatis condidit, quod
& sanguine ipso obsignare parati sumus. Quare requirimus
Illiſtrem & Magnificum Dominum Stanislau Comitem

Don-

Denhoff Ensiferum Regni uti Mareschalicum Generalis confederationis nostra Sandomiriensis, ut istam manifestationem nostram manibus subscriptam nostris imprimi, ad acta castrenia ingrossari, & publicari faciat. Cui non tantum hic & nunc lauream gratitudinis deferimus, sed & sera posteritas celebrabit decus & gloriam ejus protam constanti erga Majestatem fidé, & pro tanti in Reipubl. bonum impensis laboribus, à quibus nec ratio sanguinis, nec verše incinerem fortuna nec illicia ulla eundem dimovere potuerunt. Unde illi ejusq; posteritati memor meritorum patria speciatim gratitudinem & præmia pollicetur: His ergo omnibus ex obligatione erga Majestatem Serenissimam Dominum nostrum Clementissimum & zelo ad confirmationem itidem confederationis nostra Sandomiriensis, & ad perennem gentis nostræ gloriam, nec non reprobationem omnium contra Majestatem molimini, convenientiorum, conciliabulorum, confirionariovm, & quacunq; tandem formâ emanantium factionum, & recentis Idoli abominationem, exinanitionem, & annihilationem expressis manibus nostris hanc manifestationem subscriptam firmamus & stabilimus. *Datum Brestia M. D. L.*
II. Julii, Anno 1705.

Stanislaus Denhoff, Ensifer Regni Mareschalcus Confœderationis Generalis Reipublicæ.
Hieronymus Lubomirski Castellanus Cracovien, Suprem. Exercitus Regni Dux.
Princeps Janusius Wisniewiecki Palatinus Czlnensis.
Princeps Michael Wisniewieski, Castellanus Tzlnensis. Exercitus MDLæ. Supremus Dux.
Mathias Radomicki Palatinus Julianoladislavien, Generalis Majoris Poloniae.
Sieniawski Palatinus Betzensis, Exercitus Regni Campi Dux.
Martinus Chomentowski, Palatinus Masoviæ.
Sapieha Palatinus Minscens.
Radomicki Castellanus Pofnaniæ.
Zatuski Castellanus Rvensis.
Raięcki Castellanus Brestensis.
Chomeotowski Castellanus Czechoviensis.
Jemielski, Castellan. Nakielscens.
Et alii plurimi tam ex Senatorio Ordine, quam Palatini natuum Deputati.

Wollowiez, Supremus Mareschalcus MDLæ.
Princeps Radzivil, Supremus Cancellarius MDLæ.
Joannes Szembek Pro-Cancellarius Regni.
Princeps Sanguszko, Mareschalcus Curia MDLæ.
Peccey, Supremus Thesaurarius MDLæ.
Szaniawski, Referendar. MDLæ.
Zaranek, Excubiarum Praefectus MDLæ.
Sapieha, Capitanus Brescensis Lichvaniae.
Boguslawslei Capitanus Plocensi.
Przerembski Pincerna Siradiens.
Grabski Vexillifer Lanciciens.
Sadowski Notarius Terrestris Palatinatus Brestia.
Szuyński, Vexillifer Palatinatus Brestensis.



Vd
1312

h. 8, 18.



*N*os Consiliarii Dignitarii &
 Deputati à Republ. ad Confœderationem Generalem Sendomiriensem,
 designati, qui ad præsentem locum ex zelo boni publici pro tutela & defensione
 patriæ convenimus, notum testatumque
 facimus præsentibus & futuris seculis, quod insistendo glorio-
 sis Majorum nostrorum exemplis, quibus manuteneret Ma-
 jestatem Regiam, conservare simul juratam fidem consequen-
 ter tueri libertatem, cura semper fuit vita & fortunis carior,
 prout anteriores confœderationes Andrzejowensis, Vyslicen-
 sis, Tyszowensis ac alia veluti prototypon virtutum Majorum
 nostrorum id evidenter demonstrant, quod inquam & nos nullâ
 tempestate neque procellis bellorum in ratione agendi generose
 immoti & constanti & violabili nunquam erga Majestatem
 & libertatem certando zelo manifestum orbi volumus, quod
 non omnia apud veteres meliora, & quod idem est in nobis
 quod in Majoribus gloria & fidelitatis exemplum & quamvis
 non nullus, nominatum Radziovus Archi-Episcopum Gnes-
 nensem & Petrum Promise, parturire & enutrire monstran-
 ingratitudinis, & fracte fidei conterminum docuit mare, &
 fluctuans procellosa calamitatis tempestas non evitata scilla
 charybdi inberere coegit, licet tamen orbi demonstrare tota,
 quod & in nobis non sterile virtutis seculum, quando Deo fidem,
 Principi fidelitatem, Libertati suum decus non corrupta
 per seculi malignitatem conservamus conscientia. Prenomini-
 natorum persona & malignitas illorum quicunque partibus
 adherent Suetici, pro libidine fraudem involvunt verbis, in-
 etimologiis Serenissimi Nominis solamina quarant, illius Ma-
 jestas contra fœdragos non utitur hasta, aspectu contenta-
 solo, Victoria arma excogitatis nominibus & calumniis pro-
 sternant & deturpent, si nobis melior lingua dextera sepultas
 & incineratas contra jus & fas convenientium, impletarum
 perjurii confirmationum scintillas, ad incendium patriæ exci-
 tent, non alio tamen fine, quam ut suum doceant mugire ju-
 vencum. Ut licet & liber Regni incusat fata, ipse fatum
 suum, frustra enim incusat fata qui cudit ipse malum. Non
 criminetur libertatem, qui ipsam turpissimo honoris sui lapsum,
 fastui suo & ambitioni immolat, scelerique nefando virtutis
 magna nomen vult fingere. Conclusa enim intra pectus tem-
 pestas, circuatis ad interim precipitis impetus ira, alto silentio
 pressa objectiones iniqua, similes sunt colubro, qui dum laruit,
 hauis

